



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De auaritia. Cap. XXXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

scilicet
n quæ-
gratias
multo
inenda
mul-
de isto
uui: de
ouer-
e valet
intui-
tatem
gutta
ctate;
euocè.
vobis,
ilare.
psal-
lebat,
oliu-
exer-
gente
agere
ausa,
ctio-
pum.
ver-
medi-
actes
cen-
ndo,
stu-
in-
vel
viti-
ruo,
tre-
idi-
get

DE PROF. RELIG. LIB. I. 197
get pabulo ne deficiat; onere, ne lasciuiait otio-
sus: virga eget qua impellatur, ne pigre ambu-
let vel deuiet. Grauis accidia est, negligenter
persoluere ea ad quæ quis tenetur; grauior
prætermittere omnino ex rædio; grauissima
alios impedire, & à bono retrahere, nec posse
aliorum bona studia æquo animo sustinere.

De auaritia.

CAP. XXXIIII.

A V A R I T I A tres habet species. Prima
est anxia cupido habendi vel acquirendi
temporalia, siue sequatur effectus, siue non: &
sic potest auarus etiam esse pauper, qui modi-
cum habet, vel etiam nihil. Secunda tenacitas
conseruandi habita, que non permittit ea ero-
gari in pias causas, vel in usus necessarios con-
gruè expendi, nisi cum animi dolore. Tertia
est augere diuitias, & vnde cunque acquirere,
etiam de iniusto & turpi quæstu, ut furto, rapi-
da, fraude, usura & aliis in honestis modis.
Quidam laborant in prima specie, quidam in
secunda, quidam in tertia, quidam in duabus,
quidam in omnibus. Hoc vitium videtur spe-
cialiter contra naturam esse, & ex sola praua
consuetudine vel corrupta voluntate inolitum.
Quod ex hoc probatur, quia mundus multo
tempore caruit hoc vicio: & aliquæ gentes ad-
huc putantur ab eo immunes esse vel fuisse, si-
c ut Gymnosophistæ. Item quia multi seculo
perfectè renuntiantes, cum ab aliis vitiis sæ-
pius impugnantur, ab hoc nunquam deinceps
pulsantur, nisi forte propria misera voluntate
se ei subiificant. Qui autem semel eius laqueo
se alligari permiserit, vix unquam de cætero
ab ejus cōpede liber erit. Vnde videmus Reli-
giosos quosdam post primam seculi abrenun-
ciatio-

Avaritia
contra na-
turam est.

N 3

198 S. BONAVENTURA
tiationem, qua ab eius laqueis crepti fuerant,
rursum in uolui auaritiae reuibus, & insatiabi-
liter sitire res alienas, qui prius proprias con-
ROM. 12, 6
MAT. 27, 5
tempserant proprie Deum. Sic Iudas omni-
bus suis renuntiauerat: postea fuit factus est, &
loculos habens, Dominum maiestatis vendi-
dit, & laqueo se suspendit.

De remediiis auaritiae.

CAP. XXXV.

RE M E D I A auaritiae. Primum, omnia
pro Christo relinquere, & sub alterius re-
gimine vivere, & si qua habuerit, ei plenè reli-
ACT. 2, 43.
& 4, 34
gnare; & in nullo sui iuris esse, sicut in primi-
tiva Ecclesia fideles sub Apostolis erant, & in
monastriis bene ordinatis claustrales. hoc est
ZEC. 14, 33
MAT. 19, 21
efficacius auaritiae remedium: sicut Dominus
docuit, Qui non renuntiauerit omnibus quæ
possidet, non potest meus esse discipulus. Item,
Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ
habes, & da pauperibus. Secundum est, consi-
derare omnes perplexitates diuitiarum, & la-
queos auaritiae, & paupertatis libertatem &
vilitatem. Diuitiæ enim periculose acqui-
tur; & cum labore & cum multa sollicitudine
conseruantur: quia malorum inuidiæ patent,
furum, raptorum, potentium, fraudulentorum.
ECCLES. 9,
NO.
Vbi multæ sunt opes, ibi multi qui comedunt
eas, tam consumētum quam subtrahentium:
à nullo securus diues, nec ab extraneis, nec à
proximis. Sic est diues in medio cupidorum,
sicut carnifex in medio canum famelicorum.
Diuitiæ diu colliguntur, citò amittuntur. Mul-
tiplicatae non minuunt, sed augent sitim aua-
ritiæ, sicut potus hydropico. Quid ergo quæris
unde plus crucieris? Affigunt nōdum habitæ,
etiam habitæ & amissæ. Pauca sufficiunt ne-
cessi-